

getur, sed, dum omnia promiscue persequi conatur, nulli
partie ex debito satisfaciat; agite, Auditores Honoratissi-
mi, vitam Christianissimi Principis nostri in tres quasi
classes distribuamus. Prima rei privatæ, seu familiæ con-
stitutionem: Altera politicorum negotiorum expeditio-
nem: Ultima Ecclesiæ Christi, atq; scholarum tutelam
ac conservationem verè paternam edissertabit. In his tri-
bus, omnem virtutis adparatum consistere, majores no-
stri sapientissimi gravissimè judicarunt.

Jam si vitam Principis nostri domesticam intentio-
ribus paululum oculis contemplamur, fateri profectò co-
gimur, nihil in illâ inconcinnum, nihil indecorum, nihil
incommodum: sed omnia digneōws ῥ̄gi x̄t̄ r̄ū̄ ita fuisse
instituta, ut aula non aula, sed morum palæstra, veræq;
in Deum pietatis Lycéum v̄is̄a fuerit. Quid enim amore
ac concordia conjugali suavius? quid frugali Liberorum
educatione fructuosius? quid moderata ministrorum tra-
statione, sed disciplinâ paulò severiore utilius? Atqui hæc
omnia in Principis aulâ fuere, viguere, floruere.

Nam cum Generosissimâ Conjuge, etiam nunc super-
fite relictâ viduâ, SOPHIA, ex illustri domo Brande-
burgica oriundâ, ita quoad communi aurâ frui licuit,
semper vixit, ut non modo illi, qui aulam tūm temporis
sestabantur, sed universi etiam subditi haberent, quo
delectarentur, quod imitarentur. Nam si ulle uspiam
virtutes sunt, vel esse possunt, quæ Illustres ac regios de-
cent

